

AUSPICIIS S. S. TRIADOS
DISPUTATIO PHILOSOPHICÆ
DE
TONITRU.

Quam

Permissu & Indultu

AMPLISS. FACULT. PHILOSOPHICÆ
In Illustri ad Auram Musarum Palæstra,
PRÆSIDE,

VIRO AMPLISSIMO

DN. PETRO HAHN,
Scient: Natur: Prof: Celeber-
rimo, nec non Bibliothecario
accuratissimo.

Publicæ Eruditorum ventilationi submittit

JONAS HEURLIN,

Wex: Svecus.

Ad diem Febr. Anno 1702.
loco horisq; conuertis.

Exc. Jo. Wal.

1840

THE

OF

BY

DR. J. H. B. H. H.

OF

AND

JOHN

OF

1840

BY

In Disputationem

DE

TONITRU,

MODESTISSIMI JUVENIS

DN. JONÆ HEURLINI,

Amici Commendatissimi.

cl

Hμισυ τῆ θάρσος ἀπαίνουσαι περ κέρου
ρος

Τοῖς γούροις πᾶσι, σμερδαλέως κτυ-
πέων.

Γαῖα δ' ὑποσυναχίζει, ὡς χθονίος θεός
ἔιλε,

ὄτ' ὑψιβρεμετης, ὁ μόνος ἐστὶ μέγας.

Ἄλλ' ἄφες αὐκὶ μέγαν κωναῆσιν οἷσιν
βέλεσαι,

κῆδέλαι ἄν μερόπων. Ὀλυσο γαῖα πυροῖ.

CHRISTIERN ALANDER.

MONSIEUR.

Ayant apres le Louable dessein que vous avez Donner des preudes, eclatantes de votre sçavoir au public par! une scadvante dispute du Tonneré, Je ne scaurois m' emp' cher de vous temoigner l' extreme Jode que J' en ressens, & de feliciter en meme tems mon Frere du bonheur d' avoir un Maître si accompli. La matiere, que vous avez choisie pour votre dispute va sans doute ravir en admiration les plus beaux esprits, & causer de la surprise aux ignorans; En fin vous n' en pouviez point trouver de plus propre pour Éta-ler vos belles lumieres aux yeux des scadvans, comme aussi pour donner de la confusion aux envieux qui frapes du bruit de vos louanges n' oseront resister aux aplaudissemens de tous les gens de bien. Pour moy je ne concours pas seulement au contentement universel, mais comme J' ay l' honneur de vous connoitre plus particulierement, Je dois aussi prendre plus de-part à tout ce, qui vous touche, & me rejouird' autant plus sensiblement que Je connois de plus pres vos belles qualites, & que je suis plus que personne.

MONSIEUR

Votre tres-humble Serviteur
GEORGE GASPARD ROSEN-MÜLLER.

In Dissertationem politam

Pereximii

DN. JONÆ HEURLINI,

De

TONITRU.

Gratulatio extemporanea.

Quid Tibi Amice meo non compto
carmine possim,
Conferre ad laudem, qua Phœbo judi-
ce dignus,
Centeris jam nunc Doctorum pulpita
scandens?
Audio Te defensurum qua lege Tonan-
tis,
Commoveat Tonitru Cælos Terræq;
recessus.
Fama Tonanti fit similis, quæ Te su-
per Astra,
Omne Felici vehat : & tibi cuncta se-
cundet
Qui Tonitru mittens, est summi Rector
Olympi.

JEAN HELDING.

Herr Præceptor!

Nu har jag längtan min / i detta måhles
wunnit!
Ty jag ertfalle nåde! framwisja här min
plicht!
Fast ey som en Poët doch med en ringa
-dicht!
Det sågnat mig fast högt / Minerva Gunst **J**
funnit.

Ty! Herr Præceptor **J**, af henne wisdom taat!
Ehersör **J** mycket lärdt / nu ha beskriswit här!
Det Himble-Dunders gun / hwar bland vul-
canus är!

När Himblen öfwer oss de swarta Skyer dragit.

Ett sligt subriligt wärck; uthaf Ett wittet sinnet!
Framställes endelig! at man det undra må!
Hur' **J** Ehr Unge Ähr / med sligt arbetat så!
At sielf owänner och / det hafwa måst i minne.

Äf hiertat önskar jag / min Herr Præceptor kâra!
At **J** må lefwa så i mycken lust och frögd!
Och winna fortkomst Ehr / i Staten den **J**
nögd!

På Momus måste sielf / berömma Ehr och ähra.

Således sin sågnad framwisar

CAROLUS GUST: ROSENMULLER.

BENEVOLE
LECTOR.



Hanc tibi Chartam offero, non verborum pompa superbam, neque ob ejus prolixitatem gravem, sed rudi & simplissima crena aratam, in admirationem rapi non debes, si minus concinnè & adcuratè conscriptum jam discursum inveneris, sed magis id est mirum, quod è malis aliquantisper eluctari valui. Specimen vero hoc Academicum non tam cito protulissem, ni mens mea esset exoticas petere Academias, ante abitum igitur meum mihi libuit studiorum meorum his inter-

terris progressum in apertum pro-
dere. Et sanè B. L. si hujus Di-
sputationis simplicitatem cum illo
tempore conferas quod in Athe-
næo hoc Auraco consumsi. Tunc
spero te dicturum fore, simplicita-
tem cum Tempore & tempus cum
simplicitate concordare. Non e-
quidem Apollinis doctrinam cupi-
o sed tantam spero me acquisiturum
fore, ut illa possit desiderio meo in
illo statu nempe Politico quem in-
tendam Sufficere. B. L. Has pagel-
las favente intuere affectu nam non
ut volui, sed ut ipsa festinatio me
admonuit scripsi, Vale.

O JE.



O JESU JUVA.

§. I.



mnibus sepositis am-
bagibus, ad materi-
am Discursus nos sta-
tim conferimus, an-
tequam vero tracta-
tionem ejus realem adgredimur,
necesse est ut antiquorū Philospho-
rum observemus consuetudinem,
qui in frontispicio cujusq; tractatio-
nis *Ὀνοματολογία* seu definitionem
nominalem, & in ea tria nempe
Etymologiam, *Homonymiam* & *Synonymi-*
am diligenter considerarunt, ideoq;
hac vice ipsius nominis *Tonitru* illu-
stratio, minime prætereunda, sed
qua fieri potest simplicitate & brevi-
tate explicanda est. Derivatur autem

A

Toni-

Tonitru vel a *Tonando*, vel ut alii volunt a *sono iterando*, quia tonus ejus seu fragor sæpissime iteratur. Aliis alia placet Derivatio, verum nos in explicatione nominis, prolixiores esse nolumus.

§. II.

Proposita Etymologia, *Homonymiam* subiungimus, ut eò feliciter procedamus, cum errorum genitrix *Æquivocatio* esse solet, & id eò facilius, cum paucissimas admittit significationes, vox *Tonitru*, præter propriam & genuinam; Utitur Ovidius illo vocabulo pro *gravi sono*, dum dicit *Armorum Tonitru concussa est Daunia Tellus*, ibi sumitur translate, nos vero hic propriam & veram ejus significationem intelligimus, quatenus concursu effluviæ sulphurei & nitrosi excitatur & intra nubes detinetur, donec vi & sono terribili erumpat.

§. III.

Quod ad *Synonymiam* pertinet, varias *Tonitru* habet appellationes; Ovidius in *Metam.* dicit *Tonitrus*, unde movet *Tonitrus vibrataque fulmina jactat*. Seneca lib: 2 *Natur. Quaestio-* num *Tonatio*; Antiqui *Tonitruum* dixerunt aut *Tonum*, hodie vero in plurali maxime in usu est ut *Tonitrua*, Græcè *βρονταί*. Atque sic breviter, *ονοματολογία* explicata ad Definitionem realem enodandam nos accingimus.

§. IV.

Tonitru multorum hominum corda, timore summo percellit, multique ob hunc horribilem sonum in terram cecidere, animique deliquium passi, varii extincti fuerunt, adeo ut si hanc in rem exempla daremus, charta nobis vix sufficeret; idcirco ne cordatus Lector

toe.

coedium capiat, lubens illa præterimus & statim ad Definitionem ipsius Tonitru expendendam nos conferimus, quam talem exhibet beatus Sperl. *Tonitru est sonus in nube a concursu effluuii sulphurei & nitrosi excitatus.* E re autem non esse existimamus, ut per Genus & Differentiam hanc definitionem exprimamus, nam quis nescit *Meteorum* loco generis stare & differentiam vocabulo *Hypostatico* exprimi.

§. V.

Anteqvam causas ipsius Tonitru examinamus, aliquid de *Fulmine* dicendum, quod quasi Dominum suum Tonitru agnoscit, nam inter ejus adjuncta nominatur & Proprietatibus ac causis Fulminis intellectis, non difficile erit de Tonitru judicare, conjunctas enim habent causas; videlicet sulphurea, pingvia & nitrosa effluvia, sulphur flammam facile concit-

5
cipit, nitrum vero subito & uno quasi momento deflagrat, sonum & fragorem edit horribilem. Magna namque in copia terra eiecit effluvia, quæ de bitumine, calce, sulphure & nitro participant, hæc non solum alisa, sed levi aspersa humore accendi posse quis nescit. Qua de re hunc in modum Sennertus. *Neque ignotum est ex nitro, sulphure, calce viva, misturas fieri posse, quæ humida aspersione vel etiam spūto saltem accenduntur.* Neque a solo sulphure neque a nitro vis illa dependet, sed ab iis conjunctis & mistis. Nitrum quidem non tam facile inflammatur, sed semel accensum citissime deflagrat, flammam vero sulphur concipit, sed tarde deflagrat. Itaque ut Pulvis pyrius facile flammam concipiat, habet a sulphure, ut vero tam subito totus deflagret, a nitro est, & ex eo totus ille impetus.

§. VI.

Causa fulminis cognita de Generatione Tonitru judicare non difficile est: *Generatur enim Tonitru ex siccis sulphureis & nitrosis terræ halibus, qui in nube conclusi exitumque quærentes, facta per vim via, erumpunt, & disrupta nube horribilem in aere sonū edunt.* Non aliter quā ligna fœcunda vaporibus, si igni admoventur, crepant & tumultuantur, exhalatione in apertum prodeunte. Arist. talem ejus generationis causam affert: *Exhalatio calida & sicca sese coacta & accensa in nube agitatur, ejusque ambientes partes vel latera pulsat, sicuti lapilli aut pisa in vesica arida a pueris sonitum edunt.* Verum alii causas propiores & evidentiores adferunt. Calidum sane & ficcum quocunque concludantur modo, splendoris celeriter e nubibus emicantis & præcipue illius fragoris causa esse, non poterunt.

Ni-

Nitrosa vero effluvia sulphureis permista rem facile dant expeditam; Conjuncta ista effluvia, tam diu se invicem tolerant, quam diu ignem sulphur non concipit, facta vero inflammatione, mox sequitur fragor & violenta ignis ejection. Fragor ex subita aëris percussione. Ejection ignis ex pugna.

§. VII.

Spero causam naturalem ipsius Tonitru aliquo modo jam patere, igitur causam Efficientem *supranaturalem & universalem*, contemplabimur, quæ est DEUS omnium rerum creatarum Moderator Conservator & Director, qui omnipotenti suo moderamine omnia sapienter gubernat, & ubique virtutem suam ineffabilem palam tacit *Tonat DEUS* dicit Job. *voce sua, mirabilia facit maxima & non intelligimus*, Job. 37 Agit hic DEUS universaliter & primario, corpora

8
vero celestia imprimis Sol cum
tota Astrorum multitudine secun-
dario.

§. VIII.

Fumus & vapor sunt *causa materi-*
ales Tonitru in qua, constantes
pingvi oleaginosa sulphurea & ni-
trofa materia, qui virtute fiderum
in altum extrahuntur, & dum in nu-
bem incidunt, ab ea concluduntur,
altiusque ascendere prohibentur.

§. IX.

Ostensa materia Tonitru in qua,
investiganda est ejus forma, quæ
non est substantialis sed accidentalis
dispositio.

§. X.

Finis ultimus Tonitru *Absolute &*
simpliciter talis, est Gloria DEI ter-
rifico enim hoc sono omnipoten-
tiam suam declarat. Mentis indo-
mitas & mandata ejus alpernantes
stupefcere & Numinis vim agnosce-
re

re facit. *Finis ultimus secundum quid* est conservatio hominis. Siquidem omnia propter hominem creata sunt, ideoque etiam Fulmen & Tonitrua ipsi inserviunt. Eorum enim effectus esse solet. quod aerem depurant consumptis venenosis halitibus. Experientia quoque est notum, animalia venenosa fulmine tacta venenum amittere. Satis igitur constat omnia in utilitatem hominis esse creata, indefinenter igitur in memoriam revocare debemus DEI omnipotentiam, ejusque majestatem & virtutem devota mente colere & venerari.

§. XI.

Notandum etiam *Tonitrua sono differre*. Quaedam enim acutum, quaedam gravem sonum edunt, quandoque continuo fragore ictibus repetitis audiuntur. Cum Effluvia inter se clausere nubes, in concavis partibus earum volutatus aer similem edic mugitibus sonum,

raucum æqualem & continuum,
 ideo hujusmodi Tonitrua venturi
 prænuntia imbris sunt. Acre autem
 Tonitru genus, quod crepitum ma-
 gis dixerim, quam sonum, qualem
 audire solemus, cum super caput
 alicujus disrupta vesica est, editur,
 cum globata dissolvitur nubes, &
 effluvia cum impetu vehementiori
 prorumpunt, propriè dicitur fra-
 gor subitus & vehemens, quo edi-
 to, concidunt homines & exani-
 mantur, quidam vivi stupent ac at-
 toniti redduntur. Sperl: in Inst: De
 his hunc in modum; Tonitrua diffe-
 runt, pro ut aër nubibus inclusus
 scinditur, cum celestime a spiritu
 subtilissimo ac rapidissimo nubibus
 incluso aër frangitur, acria fiunt
 Tonitrua, quæ maxime terrent
 mortales. Cum vero tarde a spi-
 ritu crasso agitatur aër, murmur
 oritur grave & raucum, quod com-
 moda potius quam damna promit-

tit.

tit. Nam sæpissime murmur hoc
 sequuntur uberrimi imbres, quiter-
 ram humectant refocillantque.

§. XII.

Æstatis tempore Tonitrua sunt, raro
 Hyeme: Generantur enim To-
 nitrua sæpius tempore æstivo, si-
 quidem calores tunc maxime vigent,
 & plurimæ exhalationes crassæ in
 sublime adducantur, in Vere & Au-
 tumno minus sunt frequentia, ra-
 rissima autem Hyeme. Eam etiam
 ob causam crebrius æstate contin-
 gunt, nam Tonitruum materiæ, non
 possunt in altum attrahi & inflama-
 ri, nisi a validissimo calore, qui æ-
 state viget. Hinc in Italia ubi perpe-
 tuus fere habetur calor, toto año To-
 nitrua audiuntur. Non ita frequen-
 ter generantur in Vere & Autum-
 no, quoniam conditiones, jam mo-
 do dictæ, ex parte deficient. Hy-
 berno autem tempore, ejusmodi ex-
 ha-

halationes, propter frigoris vehementiam, non fiunt è terra, ideoque neque sequitur hic effectus. Sin autem etiam Hyeme Tonitrua eveniant, ej rei hanc causam assignant Physici: Quod exhalationes in æstate collectæ, tam diu in nubibus permanferunt, donec Hyeme tandem in fulmina & Tonitrua erumpant.

§. XIII.

Contra Tonitruum & Fulminum vehementiam quedam remedia memorantur. 1. Eos a Fulminis ictu manere tutos, qvi loca subterranea intrant, cum telum fulmineum non profundius quinque pedibus terram intrat. 2. Pellis vituli marini etiam ob stare dicitur vehementiæ fulminis, ideoque tentoria imperatorum olim ex ejusmodi fiebant. 3. *Laurea corona*, nam Laurum a fulmine lædi non posse per plurimi contendunt. Verum Respondemus ad x. Id im-
pol-

possibile esse, quod telum fulmineum non profundius quinque pedibus adigatur in terram, siquidem saxa & durissima corpora vehementissimo suo impetu pertransit ac rumpit. Ad 2. Svetonius quidem narrat Augustum ita fulmina expavisse, ut semper secum Phocæ pellem portaverit. Multi eam virtutem poroso pellium contextu minusque solido acceptum ferunt, cum fulmen per earum poros transmittatur, nullamque injuriam ejus penetratione patiatur. Verum hæc ratio non satis solida videtur; Quomodo enim is immunis a fulmine dici poterit, qui illis cooperitur? si fulmen per earum poros deducatur. Verum hanc Phocæ tegmini attributam fuisse virtutem putant, ob miram quam habet, cum mari sympathiam, cujus pili pelago turbato & in fluctus assurgente eriguntur, demittuntur vero,

ro & in planum sternuntur, si aquæ subsidant & æstus defluat. Hinc Nautæ in aëris mutationibus cognoscendis, hujusmodi pelles circumferebant. Quod forte nonnullis ansam præbuit imaginandi Phocæ exuvias adversus fulmen prodesse, & tabernacula ex iis constructa ab ejus ictibus immunia manere. Ad 3. Inter Antiquos maxime vulgatam, Laurum invictam esse, & tanta vi pollere, ut fulminis ictus eludat. Hinc Tiberius Imperator Tonitrua veritus, lauream coronam turbatiore cælo gestabat. Et Columella præcepit, ut Gallinæ incubanti Laurei ramuli, adversus fulminis & Tonitru impetus supponerentur. Hujus immunitatis causam quidam ad lauri figuram referunt, quæ maxime rotunda est, ac levi & denso cortice. Unde inferunt fulminis exhalationes illi inhærerere non posse, sed intactâ præterire.

ire. Verū infirma videtur hæc ratio
 quum columnæ marmoreæ, quæ lau-
 ri truncum rotunditate & duritie su-
 perant, aliquando fulmine feriantur,
 & noxam haud leuem capiant. Ut
 Cardanus testatur subtil. libr. 2.
*Florentie inquit in æde maxima, sæpe
 potius in ambitu vidi columnam fulgu-
 re percussam & violatam.* Hac de re
 ita Anton le Grand dicit: *Ego enim
 fabulam esse credo, quod de lauro tam
 diu jactatum est, quum Auctores non de-
 sint, qui asseverent laurum aliquando de
 cælo tactam esse, ut Conimbricenses & fi-
 sitiam omnino illam esse immunitatem.*
 Ratio forte cur illam virtutē veteres
 Lauro adscripserint, erat, quod Lau-
 ri dum virent, spirituosos halitus e-
 jaculentur, qui venenatos spiritus a-
 bigunt, contagiosisque morbis obni-
 tuntur. Nobis verisimile non est, Lau-
 ri frondes aut truncū tantæ esse vir-
 tutis, ut erumpentia è nubibus ful-
 mina eludant & eos quos tegunt aut
 su-

sustinent, ab eorum impetu liberent
& tueantur. Experientia igitur hæc
fallax est. Fabulis Homines dele-
stantur, pluresque semper invenit
cultores falsitas, pauciores veritas.
Cujus farinae & illud est ut non-
nemo dicit *Bombardarum aut cam-
panarum sonitu fulmen cessare*. Idem alii
affirmant, contendentes campana-
rum pulsu aerem rarefieri, dissipari
nubes & fulminum pericula averti.
Sperlingius vero ipsis regerit di-
cendo: *Cur non bellica explodunt Tor-
menta & DEUM ipsum voce exclamant
superba. Potiora sunt tuis fulmina nostra.*

§. XIV.

Hactenus de Tonitru ejusque cau-
sis. Jam paucis de ejus sociis
fulgure & lapide fulminari agendum.
Inprimis sciendum quod discrimen
sit inter *fulmen & fulgur*, quod sane
non leve est, cum fulmen ob ma-
teriæ copiam vi & fragore emit-
ta-

tatur & in terram usque detrudatur; Fulgur autem ob paucitatem materiæ, eo usque non pertingit, sed è longinquo oculos perstringit, resplendens sub nubibus, in quibus etiam extinguitur. Senec. libr. 2. Natur: Quæstionum dicit fulgur a fulmine differre. Quod *fulmen* dicatur cum ignis emittitur, *fulgur* autem cum ignis tantum ostenditur, unde domum fulmine accensam dicimus non fulgure. Fulgur enim est nihil aliud, quam splendor fulminis, utrumque tamen ignem esse constat, illo tamen discrimine, quod fulgur tantarum non sit virium, ut ad terram possit deferri.

§. XV.

Physici dicere solent *Omne grave descendit*, hic tamen observandum, fulgur leve esse & tamen descendere, non tamen gravitatis falla est definitio, sed alia subest causa.

Descendit non naturæ propriæ sed
 pellentis externi impetu. *Corusca-*
tio seu fulgur sapissime sine Tonitruo et-
iam fit. Cum fulgur emicat, ut cœ-
 lum ipsum subito aperiri videatur
 splendore, non tam nitrosa quam
 sulphurea adsunt effluvia. Hæc
 facile flammam concipiunt, splendo-
 remq; è nubibus emicare præstant.
 Neque tanta sulphuris ac nitri affi-
 nitas est, ut conjunctionem ament,
 sed disjungi potius petunt, unde
 sulphur solum & nubibus inferri,
 & ibidem accendi potest. Sine nu-
 bibus, cœlo sereno, Tonitrua etiam
 audiuntur; Legimus Herennium
 Duumvirum Pompejorum ictum
 esse fulmine, cœlo sereno. Eadem
 quoque Tonitrua sulphurea Effluvia
 & nitrosa excitant. Ut plurimum
 autem simul & semel & fulgur & To-
 nitru fiunt, diverso tamen tempore
 a nobis percipiuntur. Prius enim
 fulgur cernitur, quam Tonitru au-
 di-

ditur. Huc rei hanc rationem assignat Arist: 2. Meteor. Cap. 9. Quod Aspectus semper acrior fit, quam auditus, qui suo munere tardius perfungitur quam visus. Sicuti cum Bombarda exoneratur, quamquam uno eodemque quasi temporis momento & accensi pulveris flamma emicat & globus erumpit, nihil omnino prius lucem, quam sonitum erumpentis globi animadvertimus. Idem fit cum ligna finduntur, ubi non dum securi lignum cæditur, sed cum iterum attollitur, sonus percipitur. Sonus enim ut formetur, necessaria est aëris fractio, quæ sine temporis spatio haud fit & auditus per varias circumgyrationes, multasque ambages peragitur.

§. XVI.

Jam sequitur alter ipsius Tonitru socius seu tertium fulminis adjunctum, *Lapis fulminaris*, hic lapis
cum

cum Tonitru & fulmine sæpissime
 conjungitur & cum fulmine ex nu-
 bibus cadit, qvi etiam *cuneus* seu
fulminis telum nominatur, quoniam
 omnia corpora obstantia dirumpit
 & prosternit: Anton Le Grand ta-
 lem istius lapidis rationem affert:
Id accidit si exhalationibus, quæ fulmen
componunt, multæ aliæ pingves & sulphu-
reæ admisceantur, præsertim si crassiores
etiam adsint, et terræ similes, quæ in fun-
dis volorum, in quibus collecta est pluvia
subsistit. Hæc igitur exhalatio non
 est simplex aut pura sed miscetur in-
 terdum terrestris & metallica ma-
 teria, quæ in nube plerumque vi-
 ridi aut nigricante conglobatur, su-
 perveniente deinde intensissimo ca-
 lore ex sole, assatur & in solidissimum
 corpus induratur, præsentente succo
 lapidescente & spiritu lapidifico,
 quod nullo modo eliquari & mol-
 liri potest. Et ita lapis fulmina-
 ris

ris ex viscosis ac terrestribus exhalationibus, sulphure admixto, generatur, quas in ipsa adhuc nube, vel etiam in descensu sibi adjungere potest. Unde interdum non Lapis modo sed & ferrum, aliaque metalla cum fulmine dilabuntur. Agricola testatur in Persia cum coruscat, corpora ænea & sagittis hamatis similia decidere, quæ in fornace non liquefcunt, sed quorum humor in fumum resolvitur, residua terra in cinerem abeunte. plerumque hoc telum formam Pyramidis consequitur, quia humor materiæ illius unctuosæ in illa coctione subinde calorem fugiens in ima parte subsidet & cogitur, superior vero pars, unde refugit humor, acuminatur. Erumpente vero fulmine è nube, ipse quoque lapis instar globi è bombardâ cum incredibili impetu & fragore vibratur, obvia quæque dissipans.

Plu.

Plura de nobilissima & abstrusissima hac materia dicenda essent, sed tenuitas ingenii mei id vetat, hic igitur pedem figere cogor. Benev. Lector erecta, quæso, suscipe fronte, quicquid incultra mea Minerva protulit, crescentibus Annis, potiora polliceor me tibi oblaturum, interim
 Vale & Fave.

SOLI DEO GLORIA.



Ad
Virum Juvenem

Moribus & doctrina egregie politum,

DN. JONAM HEURLIN,
de Ignitis Impressionibus solemniter
dissertantem.

Egregium ingenij quod proferis nunc doc
cumentum

Diſſavit facilis Pallas omne, Tibi,
Fulmen quid faciat, Tua Diſſertatio
iradit

Æthera quod valido, flamine & igne ſe-
cat;

Tormenti pyrio cum pulvere grandis ad
inſtar,

Mugitus proſert, ignivomasque ſa-
ces

Nubibus ingravibus ruſilãtia fulgura
vibrat

Aures que terrent fulmine terri-
fono.

Tela volant, tu tela vider, Tu tela vi-
braſti,

Numine ſub miſi, nil Tibi tela no-
cent.

Plus

Plurima quod chartis Heurlinus prenderis
artibus,
Nosces, qui chartas legeris ipse
tuas,
Quas quia fundasti nervose doctis &
acute,
A doctis refers pramia digna Tibi,
Gratulor ergo tibi! mi dilectissimo Fra-
ter,
Felicem gressum, gratulor ipse mihi!
Et precor ex animo surgant cum nominis
honores
Qui durent Pylei secula longa se-
nis.

non adeo verbis prolixis,
quam mente Sincera
scribebat

CANUTUS HAHN.

A U T O R I.

Sicut ipsa naturæ indoles homini semina virtutum insinuat, ita ab annis sæpè juvenilibus fundamenta molitur grandæscæntis successuque temporis surrecturæ fortunæ, præsertim si animo inter rectæ rationis polos se rotanti studiisque virtutum & sapientiæ sese ingurgitanti fuerint infusa; Si tibi dulcissime Dn. FRATER adnata gloriæ atque virtutis cupiditas felicitatis non vulgaris mihi injiciat præsagium in admirationem rapi spero neminem, cupidis namque oculis mecum omnes boni manifestissima ab ipsis virtutum rudimentis optatâ profectus in te pullulantia cernentes indicia, ad magna & egregia quæque te natum factumque vident; nunquam enim cum fortissima bacchabundâ licentiâ furiente bibonum natione prodigiôsâ potandi libidine in luxum despumante bibacitatis affectasti elogium, sed omnes in gulam se effundentes ut fatalia humanitatis exhorruisti portenta: & licet improborum consortia multos a recto virtutis cursu ad infames scelerum scopulos detorquent, nulla tamen vapida & vulpinæ improbitatis pectora frontis integumento nequitiæ velantia, fraude doloque alios circumvenientia, aliquibus se in consuetudinem tuam immergere potuere blanditiis: reperiuntur quidem prohdolor homines hoc tempore quo in fatalem rui-

ruinæ suæ periodum impegit mundus qui cum ipso materni lactis succo odium virtutis imbibere acerbissimum, ut jam in ipsis cunabulis moliente natura crescituræ pravitatis fundamenta fuisse dicas, sub agninæ sinceritatis habitu lupum occultant malitiosum, vim innocentiae inferunt, incautos virginea verborum simplicitate morumque decencia allciunt, in recessu tamen cordis inclusum est venenum & hæret labes, nominibus proborum infamiæ inurunt atque affundunt notas, contumeliam prætereuntibus imponunt, odium plenis eructant faucibus, & serpentinae malignitatis lingua stygias evomunt sordes, byssinis sæpe utuntur verbis ut inter amicissimos contentionum semina spargere, eorumque animos odio inflammare queant. Hos etiam omnes obfirmato aversatus es animo. Non dubiro quin suavissimi Dn. FRATRIS felicitas, auspiciatusque rerum successus, multis invidentiæ telis impetatur, cum virtutis & honestatis ista sint fata ut illas lethifero illitos felle dentes distringens comitetur invidia; Sed virtus quæ semper aditum ad honoris adyta parat, quæ etiam multos pudentiæ originis labe deformatos ad summi honoris solium extulit ac evexit, per hostium obnitentium aciem, perque omnes difficultatum catervas, forti, felicique pugna, signa victrix explicabit, in splendidam honoris

se-

sedem te infunder, sicque ipsam fortunam tibi
in officium obstringet, atque victoriosum ef-
feret caput. Ah quanto jam delibuti gaudio tui
amici linceri, reliquis odio æstuantibus, tacitâ
certè lætitiâ mea saliant præcordia, dum flore-
scntis fortunæ excellæq; in natalem terram dis-
seminandæ indolis famæ memoria animum
subit meum, quam salubrem cognati sangvi-
nis dulcissimis pectoribus inseret auram tam
subiti non tamen insperati egregii speciminis
nuntium: Dicant alii maturitatem plus nimio
festinatam citò plerumque deficere, inhæreant
diu satis huic opinioni & certe sero vel nun-
quam honoris effulgebunt titulis, cogitent Car-
tonem, Hannibalem, Ottonem Tertium nec
non Pompejum in primis annis ad summas res
se natos ostendisse, ideoque per omnium ora
claros & inçlytos volitasse; supercilio enim non
semper adscribenda gravitas nec barbæ aut pal-
lio sapientia. Quis oculis subjeiens succinctè ela-
boratum hoc tuum laudabile meletema, nisi
ex ipsa malitiæ stirpe seminatus fuerit, debitam
tibi non admetietur laudem? alii rosendo blan-
dæ quietis madore asspersi in medios stertunt
dies, alii si vigilias agant in potandi libidinis
igneâ flamma tam copioso Cereris & Bacchi
succo restringenda eas consumunt, ut lurido
tetrici oris pallore suffusi, voceque strangulati,
absq; raucedine vix aliqua balbutire valeant ver-
ba-

ha, tu autem dulce meum decus ita fuliginem bis-
 bisti lucubrationum, ut ingenii remigio Dedalæis
 quasi pennis, ventorum spatia, Tonitruum
 fragore & fulminum coruscantium fœda illuviè
 stagnantia possis peragrare, materiamq; non
 minus intricatam, quam nobilem, de horribili
 inter fulminum exardentium ignes magno cum
 strepitu detonante & Cœlum caligine invol-
 vente TONITRU, in certissimum felicissimi in-
 genii argumentum, nervosè expositam, docta
 hac Dissertatione tuum honore mactandum
 nomen non sine magna laude ad omnes æquos
 Censores ebuccinante, doctorum examini sub-
 sternere. Sicut in obscuro diu delitescere ne-
 scit virtus, cujus præsidio ut Pegaseo alarum
 auxilio in Cœlum subvolaverit Bellerophon,
 ad honoris lumen, summiq; splendoris apicem,
 deterfis priscae fortunæ sordibus, ejus excedunt
 alumni, ita ad editum dignitatis, immortalisq;
 gloriæ fastigium, Dilectissimum Dum Fratrem
 tandem submissuram quasi fatidico pronuntio
 augurio. Gratulor jam tibi dulcissime Dn. FRA-
 TER, gratulor inquam, & ex intimis cordis oro
 recessibus, ut postquam omnis hujus vitæ o-
 perata prosperitas te allusit, æternos inter cœ-
 lites dies agas halcyonios.

*Lineas has licet incomptas in firmissima ra-
 men fidei & ante ultima fata nunquã dissol-
 venda amicitia tesserã gratulabundè duxit*

MAGNUS WIDEBECK.

*Literarum Politiorum cultura, virtutum ele-
gantia, nec non morum decentiâ, apprime
commendabili ac præstantissimo,*

DN. JONÆ HEURLIN,
Fratri & Amico suo, sincero animo
colendo,

De

TONITRU TONANTE

egregie & erudite dissertanti,

DUM TONITRU causas demonstras o-
ptime Frater,

Ostendis simul Ingenii splendentia dona.

Gratulor ergo mihi, totoque ex pectore
lætor,

Quod videam quam nunc prudenter
quamque diserte,

Isthanc perpulcram sobolem, mi Frater
adornas,

Indolis eximiæ. Sic prodere cætera perge!

Et dabit ipse Tibi per plurima commoda
summus.

ita, animo magis quam prolixis

& splendidis verbis,

gratulari voluit

PETRUS COLLIANDER J. F.

Wexionensis.

Ad Juvenem

Doctrina morumque elegantia conspicuum,
DN. JONAM HEURLINUM,
Fratrem germanum ex asse dilectum,
Auctorem & Defensorem hujus
disputationis laudatissimum.

Prospero ac læto omine me ruralia negotia derelinquentem, hac vice excepere Auricæ Musæ, de felici bonorum amicorum quibus mitiora fata Heliconis limina assidue calcare concessere in studiis progressu, dulcia jam canentes carmina; At aures meas suavissimo modulamine ulterius pascere cupientes, prosperum faustumque Charissimi Dn. FRATRIS otium in egregium eruisse specimen Academicum indicarunt. Gaudeo certe suavissimum Fratrem, intra hoc breve tempus postquam ad fennica hæc appulit litora, tam gnaviter literis invigilasse, ut laudabilem ingenii foetum docto orbi ostendere nunc valeat: nihil ergo magis in votis habeo, quam ut gaudium ex felici Charissimi FRATRIS ausu conceptum, pia quadam acclamatione declarare digne possim perge bonis avibus ita in posterum ut ante hac virtutum insistere tramiti, donec digna indefessæ tuæ diligentæ raræque indolis reportaveris præmia vale.

Sic Fraternali atq; fideli adfessu optat
PETRUS HEURLIN.

Ad eundem.

Ubi verba, quibus conceptum animi gaudium exprimam, habentur, certe ignoro, quid enim jucundius, quid charius, quid gratius, quam audire, videre, amicorum amicissimo Fratri charissimo, cuncta bene esse? bene esse inquam quod autem modo melius tecum Frat: charissagi potest, quam agitur? nullo quod enim desiderasti consecutus es, quod exoptasti habes; magna lætitia adfectus sum, non tamen insperata; notitium namque insomnium sætus in lucem profilit, prægnanti necesse est aliquando partum edere. De cætero, retineant sua quemque studia, Tu, tua laude digna curas, curasti & curabis; inhient reliqui fluxis & fragilibus, tu solidam nacturus es gloriam, quam in arduis sæt diu perquisivisti. Nil præter vota super addere possū, velis nempe DEUS felicem tibi Frat: chariss: largiri novi anni ingressum, feliciorum progressum felicissimum egressum, ut sic in medio amicorum & inimicorum emergas, & fastigium in statu quem maxime intendis, pertingas, tandemque cum ultimis Tonitru auribus hauseris, transferat te idem. T. O. M. ad æterna palatia quod sincero cordis adfectu sincere precatur.

currenti calamo
Linnæata d. 18 Jan.
Anno 1702.

SVENO Pihlgreen.

In Eundem!

Miles ut intrepidus quando horrida castra
sequetur,

Noctes armatus ducere pervigiles

Cogitur, ac durum frigus tolerare, simulque

Arida cum sitiens excoquit arva leo,

Aestivum sentire jubar membra acriter u-
rens,

Cum quoque ab aethereo Jupiter axe
pluit,

Abjicit baud hastam, reprimis sed fortiter
hostes:

Sic etiam Frater sedulitate Tua,

Artibus egregiis operam mi chare, dedisti

Te nec ab incepto quid revocare sinis;

Nam quamquam rapuit dura Inclementia
mortis

Dilectum Patrem, delictum omne Tuum

Attamen assidue Musas, quas innuba Pallas

Nutrit, sectaris, gratulor ergo Tibi!

Tu modo fac pergas: fastis Tua nomina
fama

Inscribes Tandem, vive valeque diu!

NICOLAUS Z. Liungdahl.

Wex; Smol.

Ehrebörne och Wallärde
Herr STUDIOSE,
min Högtåhrade Herr Broder!

Med herte nöje floort har iag nu - det säe
weta!

At uhi wärelle sielfe / I wete wiisa fram/
Ehr stora nit och siite en är min fieder lams/
At iag för sagnad nu måst' orden effter leta.

Doch hwar hugkomma lär det Prof Herr Brod
har gifwet!

Om Affiens Dunders Gny / och om des blig
trand Skör!

Som under Himleus Hwalf / med under see man
plår!

Och I med Klothet Ehr nu upp til Skyen
klifwit.

På halft och et åhrs tiid / then siite I hafwe
wisat!

Som mång i många åhr / en kunnat lära
see!

En Bacchi slog tiens / I fände som gifte och
wee!

Hwarför af Buskar des / I aldrig warit prissat.
D

Och som på Dygden stor / måst plågar afwund
fällja/
Ty undrer icke på / om J en blifwe frif
Från Afwundz Mannens haat som en wil ger
na si
Ac Dygden sig reer fram ibland des brusand
Willa.

Således Eswer sin Herr Brors
framfeg sig sågnade

JOHAN TOFTEEN.

